

ex oculis hyenæ, & ob id in uase inueniri
dicuntur, & si credimus. linguæ hominis
subditæ futura prædicere. Hæmatites in
Æthiopia quidem principalis, sed & in A-
rabia & Africa inuenitur, sanguineo color
re non omittenda promissis ad coarguendas
barbarorū insidias. Zachthalias babilonius
in his libris, quos scripsit ad regem Mitrida-
tem, humana gemmis attribuit fata, has nō
contentus oculorum & iocinerum medi-
cina decorasse. A rege etiam aliquid petiti-
ris dedit, & litibus iudicijꝫ interposuit. In
prælijs etiam eas salutareꝫ p̄nuntiauit. Est
& alia eiusdem generis, que uocatur henui
ab Indis, xanthos appellata græcis e fuluo
candicans. Idæi dactyli in Cræta ferreo co-
lore pollicem humanum exprimunt. Ictes-
rias mali cute lurido filis, ideo existimatur
salubris cōtra regios morbos. Est & alia
eodē noīe liquidior. Tertia folio uiridi filis
laticior prioribus, pene sine pondere, uenis
luridis. Quartum genus in eodem colore,
nigris uenis descēdentibus. Iouis gemma
cādida est, nō pōderosa, tenera. Indica gētū
suarū habet nomē, subruffo colore in attritu
sudorē purpureum emanat Alia eodē noīe
cādida, puluereo aspectu. Ion apud Indos
uiolacea est, sed raro saturo colore lucet.

Lepidotes.